tunc non debet laborare ad deponendum ſcrupuluꝫ
illū quia ad melius tendit· ⁊ ex ſatis probabili opi/
nione procedit· Item ſi occurrit ſibi ꝯfeſſor cū ueriſi/
mili coniectura ꝙ eius copiam illo anno nō poterit
habere· Sicut ſepe contingit de penitentiariis domi/
ni pape uel epī· tunc ſtatim tenet̄ ſe preparare ad con
fitendum ſi caſus tales habuerit· ¶ Item ē ſciendum
de proprio paſtore· quādo timeret ſimiliter ꝙ debi/
to tempore illius anni nō poſſit eum habere· Nā nūc
tenet̄ preuenire extremū articulū anni· Alioquin ex ꝑ
te ſui eſſet culpa ꝙ mandatum eccleſie non eēt ſeruatū
Sed hec ⁊ ſimilia hominibus bone uoluntatis nō eſt
neceſſe proponere· Ipſi em̄ prompti ſunt ⁊ ſolliciti ex
puere uenenum q̄ꝫ cito ſentiunt· Qui autē in extremis
periculis tantum remediuꝫ querunt raro conualeſcūt
Securam igit̄ uiam ſtudeant boni laici tenere ⁊ ſeip/
ſis caute preuenire ne callide preueniant̄· Sicqꝫ mūde
abluere per ſingulos dies ut q̄cunqꝫ hora dominꝰ ue
nerit paratos eos inueniat· ⁊ ad celeſtia regna perdu/
cat eodem cooperāte· cui laus eſt in ſecula ſeculoꝝ A·

Quintodecimo debet quilibꝫ fidelis ⁊ timoratꝰ
laicus ſiue ruſticus fuerit ſiue alterius officii im
mo quilibet xpianus ſepiꝰ meditari de preceptis di
⁊ obſeruatione eorum ⁊ ut in recta fide ambulet· Hec
eſt doctrina Moyſi in multis locis ⁊ precipue ī Deu
trono· Similiter ⁊ aliorum ſanctoꝝ omnium· Ratio
huius eſt. quia poſt legem datam ⁊ informationē ac
ceptam ſolent temptationes inſurgere· ⁊ ergo oportꝫ
auiſare fideles ſpecialiter de conſtantia ⁊ prudentia

⁊ hoc non ſemel neq̧ bis ſed pene per ſingulos dies ⁊
precipue illitteratos· Mirum em̄ poſt euangelicā tu/
bam ſolet bellum ꝯſurgere· Nam homo peccatis de
tentus quaſi non ſentit temptationes· ſed q̄ꝫcito uitā
corrigit tunc etiam de illis crebro temptat᷑· que natu
raliter antea exhorruit· Vndiq̧ igit᷑ oportet uigila/
re q̄ꝫdiu uiuimus· quia nulla eſt in iſta peregrinatiōe
ſecuritas ſed bellum continuum· Bona eſt ergo ſimili
tudo iſta· ſi trahamus eam ad nos ut more ciuiū qui
quotidie ab hoſtibus impetunt᷑ noſtram ciuitateꝫ id
eſt noſtram conuerſationem cuſtodiamus· De hoc iā
multa dicta ſunt· ſed hic annectendum eſt ꝙ aliquan
do homo bone uite ſentit magnam alacritatem ⁊ fa/
cultatem in uia dei aliquando magnam difficultateꝫ
⁊ tedium· Et utrumq̧ ſibi in bonum ueniet ſi conſtās
⁊ prudens permanſerit· Temptat igit᷑ dyabolus ho/
minem bone uite per hec duo iugiter· ſcꝫ ut uel ipſum
per errorem ſeducat· uel per tediuꝫ uincat· Sed ut nō
ſeducat᷑ oportet eum eſſe prudentem· ⁊ ut non uinca
tur oportet eum eſſe conſtantem· Solus em̄ ille ſaluꝰ
erit qui perſeuerauerit uſq̧ in finem· Supponamꝰ igi
tur primū uidelicet ꝙ conſtans ⁊ feruidus permanſe
rit homo in uia dei· ⁊ uideamus nunc quibus dolis
conet᷑ eum decipere ut labores eius inanes faciat·
Vbi eſt aduertendum diligenter ꝙ ſummo ſtudio la
borat inimicus ꝙ fidem integram a corde auferat ma
xime quo ad rudes ⁊ ſimplices homines· qꝛ tunc ſcit
ꝙ totum fundamentū bone uite collabitur· facit autē
hoc ſub ſpecie boni· qꝛ alias nō crederent ſibi· Hinc
eſt ꝙ ſeminat diuerſas hereſes immittit quandoq̧ ab

hominandas blaſphemias otra deum ⁊ ſanctos ſu/
os. nō ſint iuſti aut pii ſiue miſericordes aut ꝙ poſſꝫ
meliꝰ mundꝰ regi ⁊ ſimilia. Et ſi in hiis non ꝓfecerit
tūc ſuadet ſortilegia ⁊ auguria ⁊ incantatiōes ⁊ alia
que ſunt otra rectā fidē. Per que ꝓchdolor pene to
tum genꝰ ruſticanū ac alios quoſdā laicos nō modi/
ce uſqꝫ hodie irritiuit ⁊ pꝰ ſe trahit. Vñ ⁊ ob hoc ali
qua ſunt auiſamēta hic ponēda tanqꝫ maxime neceſ
ſaria pro illoꝝ extirpatiōe. Sciendū ergo priō ꝙ pri
mum mandatum dei ē. Nō habebis deos alienos co
raꝫ me. Non facies tibi ſculptile. nō adorabis eos ne
qꝫ coles. Ubi dicunt ſancti doctores ꝙ dominus de
us omnia ex nihilo creauit ⁊ in eſſe produxit. ⁊ in eē
conſeruat. ⁊ ergo iuſtum eſt ⁊ rationabile. ꝙ creatura
hoc recognoſcat ⁊ ſuo creatori obediat. ipm diligat.
⁊ ſecundum uoluntatem ipſius uiuat. Sed hoc dy/
abolus facere contempſit. ⁊ ob hoc ad infinitam mi/
ſeriam ⁊ eternam damnationem corruit. ⁊ totus puer
ſus factus eſt. quare etiā hōi inuidit ꝙ ad tantā glo/
riam perueniret. ut pax angelis efficeret᷑ a qua ipe tā
turpiter corruerat. Et quia per infelicem experientiaꝫ
ipe nouit. ꝙ q̄ꝫcito creatura inobediens deo facta fu
erit ſtatim exoſam ipam haberet ⁊ a ſe proiiceret. iō
ſuaſit homini ꝙ non curaret de mādatis eius ut hac
occaſione odium dei ſibi procuraret. Quod ⁊ proch
dolor factum fuit. Nam ſtatim ut Adam ⁊ Eua pre/
ceptum fregerunt diuinam indignationeꝫ incurrerunt
⁊ de paradiſo in hanc mortalitatem proiecti fuerunt
Demum ad tantam ueſaniam pene totum humanum
genus peruenit ut poſtpoſito uno uero deo nephan

dos demones pro diis colerent ⁊ ab ipſis ſalutem et auxilium ⁊ ꝯſilium ſperarent. ſtetitq; in hac miſerabi/li cecitate mundꝰ ultra duo milia annorum ita ꝙ uix pauciſſimi ſaluarent᷑. Sed pius dominus miſertus ſu per tantis malis rurſum hominibus per Moyſen p̄/cepta dedit quorum illud primum fuit quod iam di ctum eſt ut videlꝫ hoīes ſe auerterent a demonibus ⁊ ad ſuū creatorē redirēt. Sed hoc paꝝ iuuit. tandem miſit vnigenitum ſuum in carnem. ⁊ ille apoſtolos in orbem terraꝝ ut cultum ueri dei inſtituerent ⁊ ydola triam deſtruerent. Quod uix tandem cuꝫ maxima dif ficultate factum fuit. Veꝝ quātumcūq; poſtea ſancti patres laborauerunt non potuerunt omnes reliquiaſ abbominande ſuperſtitionis a popolo xp̄iano extir pare uſq; in preſens tempꝰ. Ecce iaꝫ habemus ſolidū fundamentum per quod faciliter deiici poteſt totum ſacrilege ſuperſtitionis figmentum. Sed utinā miſeri crederent ⁊ aduerterent ne tam infeliciter perirent. Fū damentuꝫ igit᷑ hoc eſt. ꝙ homo debet creatori ſuo o bedire ⁊ ip̄m diligere. ⁊ omen bonum ab eo ſperare ⁊ eum colere. Item ꝙ non debet abiicere ſiue peruertere ordinationem diuine ſapientie in rebus ab eo creatiſ ſed vnaquaq; re uti ſicut ipſe inſtituit. Item ꝙ nō de bet habere aliquod pactum expreſſum uel occultum cū demonibꝰ. neq; ab eis auxilium uel ꝯſilium querere Item ꝙ debet firmiter credere que ſancta mater eccle ſia credit ⁊ reſpuere que prohibet. ⁊ humiliter in ōni bus obedire regulis ſacre fidei ⁊ determinationi eius Iam ad particulares caſꝰ ſuperſtitionum eſſet deſcen dendum. ut ſimplices ⁊ bone uoluntatis homīes aui/

ſaremus. ſed tot ſunt ut neſciam quo incipere debeam
Premitto primum ꝙ diuerſe ſunt cauſe que hmõi tru
fas pepererunt. Nam aliquando ex ſola leuitate cre/
dendi procedunt ut in uetulis. puellis. ⁊ pueris ⁊ rudi
bus hominibꝰ. aliquando ex ioco ⁊ ex ꝯfictione ad
fallendum ⁊ irridendum alios. ut in ſcolaribus aut a
liis paraſitis. Aliquando ex uano timore. ut in hiis q
nimis timent ſibi aut ſuis ne damna incurrãt. Aliquã
do ex cupiditate ⁊ pigricia. ut in illis qui furant᷑ ali
ena. ne ipſi laborare cogant᷑ pro uictu quotidiano.
Aliquando ex ſuperbia. ut in illis qui alios in pote
ſtate aut diuitiis ſiue ſciẽtia precedere ꝯcupiſcunt. A/
liquando ex inuidentia. ut in illis qui non fauẽt ali/
is proſpera. Aliqñ ex impatientia. ut in illis qui pau
pertatem aut infirmitatẽ uel iniuriã ſuſtinere nõ pñt
aut nolũt. Aliquando ex ardore luxurie ſiue carnalis
amoris. ut in philo captis. Omnibꝰ iſtis incitamẽtis
agitat᷑ cor hũanuꝫ. ⁊ uariis mediis querit adipiſci qđ
male geſſit. Poſſunt autem iſta omnia per auxiliũ de
monum qui hec ſuadent etiam ad effectuꝫ perduci oc
cultis modis ſi deus permittet. Hoc quoqꝫ ex pluribꝰ
locis ſacre ſcripture poſſet oſtendi. ſed ſolus Iob ſuf
ficit. cuius corpus ⁊ ſubſtantiam ac proles demõ ab
ſtulit. Non ergo mirum ſi ⁊ aliis ſimile contingat. Et
hic ſoluit᷑ error quorundam ſimplicium qui nolunt
credere ꝙ aliquid poſſit ſuperſticioſe fieri. ſed putãt
totum mendacium eſſe quicquid de illis dicitur. Et
quamq̃ꝫ iſtud uideatur de pietate procedere. tamen
non ualet quia eſt magis ex duricia q̃ꝫ fide. Sed ſunt

informandi videlicet ꝙ non debent credere ꝙ ſit lici
tum taliter operari. Que enim aperte ad oculum fiunt
non debemus īficiari. ſed caute aduertere quomodo
fiant. ⁊ quare fiant. Et iterum ſoluitur ex iſto. quare
communis populus aliquando durior fit quando ꝑ
ydeotas informantur minus plene videlicet quan/
do dicitur ei ꝙ non debet fidem adhibere huiuſmo/
di truffis quia eſt impoſſibile ꝙ fiant. Nam ſtatiꝫ po
pulus reſpondet. Nos aperte uidemus ꝙ hoc ⁊ illud
ſic ⁊ ſic fit. non debemus hoc credere? Ecce duo direc
te oppoſita. Primum omnino nihil vult credere. ſecū
dum vult nimis libenter credere. Sed medium eſt te/
nendum. ſcilicet ꝙ poſſibile eſt operationes ſuperſti
tioſas fieri occulta uel aperta demonum cooperatio
ne. Sed eſt grande peccatum ⁊ directe contra mādа/
ta dei. ⁊ ꝙ non eſt poſſibile ipſas fieri per illas obſer
uantias quas ipſi malefici ſolent applicare. Exem/
pli gratia. Credendum eſt ꝙ permittente deo malefi/
cus poteſt per auxilium demonis occidere vaccaꝫ vi
cini ſui. ſed non eſt credendum ꝙ illa incantatio ſiue
maledictio quam ipſe profert vaccam occidat. Sed
demon aperte uel occulte hoc facit. ut ad peccatū ma
licie ⁊ infidelitatis homines trahat. Nec eſt curan/
dum an aperte coram populo hoc fiat an inuiſibili/
ter. Nam vtrobiqꝫ fides periclitatur ſimplicium.
Si enim malefico faciente aperte coniurationes de/
mon viſibiliter appareat ⁊ ſibi obediat. putant debi/
les in fide ꝙ illa ars nigromancie efficax ſit. ⁊ ſup de
mones poteſtatem habeat. ſed non eſt ita. quinimmo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

demones fingũt ſe ↄpelli ut animas decipiãt. ne quic q̃ curarẽt de tali cõiuratiõe. eo ꝙ nõ fiat per aliquã poteſtatem ſuperiorẽ ſ; tantũmodo per iniquã eorũ perſuaſionem ⁊ hũanaꝫ curioſitatẽ ſtulticiã aut mali ciã. Si uero effectꝰ ſuperſtitioſi occulte fiãt. tũc eque immo ãpliꝰ fides populi periclitat᷑. q: putãt illud eẽ diuinũ qd̓ ẽ dyabolicũ. Et iuxta ſententiã bti Augu. Peior ẽ draco ſibilãs q̃ leo rugiens. hoc ẽ ꝙ plꝰ d; hõ xpianꝰ timere occultas inſidias dyaboli q̃ ap/ tas. quia illas poteſt cauere has ãt uix aduertere. Di/ camus ergo ſ̃m ſcripturã ⁊ ſacros canones. ꝙ oĩs ob ſeruatio cuius effectus expectat᷑ aliter q̃ per ratiõeꝫ naturalem aut per diuinum miraculum d; rationabi/ liter reprobari ⁊ d̓ pacto demonũ expreſſo uel occul to uehemẽter haberi ſuſpecta q̃tũcunq; ſancta ⁊ ſalu bris uideat᷑. Dicamꝰ etiã ſecure ꝙ nulla uerba hodie ĩ eccleſia dei ſunt diuinitꝰ ĩſtituta ad determĩatos effe ctꝰ ꝓducẽdos niſi tm̃ ſacramẽtalia ſ̃m ritũ ſuũ .ſ. a d̓ bito miſtro ſup debitã materiã cũ ĩtentiõe faciẽdi qd̓ eccleſia facit ⁊ nõ aliter. Dicamꝰ quoq; nullas cerioni as aut caracteres ſiue ſigna laicis diuinitꝰ traditas eẽ ul̓ ab eccleſia ĩſtitutas ꝓ aliquibꝰ determĩatis effecti bꝰ ꝓducẽdis. ut ãt ſimplices ĩtelligãt quid ſit ex aliq̃ cã naturali ſiue miraculoſa determĩatũ effectũ ꝓduce re. hoc ſic ẽ accipiẽdũ. ꝙ aliquo uerbo dcõ uel ſigno aut caractere ꝓtracto. aliquid neceſſario ſequeret᷑ qd̓ ille ĩtẽdit q hoc dicit ul̓ facit. ſicut ĩ naturalibꝰ uide/ mꝰ. quicũq; fũdit aquã ſup ignẽ ſeqt᷑ nccãrio ꝙ ignẽ extĩguat ex quo ſeqt᷑ ꝙ aſpſio aq̃ bñdicte ⁊ cõſigna/ tio crucis ⁊ ſil̓ia ñ hñt determĩatos effcũs ex nccitate re

pellendi omne periculum ſpūale ⁊ corporale·ſed hn̄t
congruentiam ad hoc ita de aliis cerimoniis uniuerſ
Si em̄ per ſignationem crucis aut orationeʒ dn̄icam
aut aliā quālibʒ ſacrā opatione in eccleſia ꝯſuetā ſta
ti oē malū ꝓpelleret' neceſſario·tūc fides ⁊ ſpes quo
ad multa euacuarent' nec ſtantibꝰ rebꝰ ut nūc creator
haberet plenū dominiū ſup creaturā a ſe factā Pʒ ap
te qꝛ ſi hēret hō talia adminicula tūc nō eēt in ptāte
dei aut alicuiꝰ alteriꝰ creature ꝙ hō poſſʒ tēptari pu
niri ſiue mori ⁊c̄·Stati em̄ ſignaret ſe aut orationē fū
deret cū ſibi aliquid ꝯtrariū accideret ⁊ ꝯtinuo libe/
raret' neceſſario·cuiꝰ ꝯtrariū quotidie uidemꝰ· Sunt
ergo oēs orationes ⁊ cerimonie eccleſiaſtice ſcē ⁊ bōe
⁊ ꝓ bōis adipiſcēdis ⁊ malis ꝓpulſandis frequen/
tāde·ſʒ effectꝰ determiatos nō hn̄t ſicut ſacramēta·qꝫ
uis nō minꝰ dēmꝰ ꝯfidere i ſpe ⁊ pia fide de eoꝝ effe
ctu ſalubri· ſi ⁊ iq̄ʒtuʒ deo placeat ⁊ nobis utiles ſint
ad ſalutē·Ecce notabilē cautelā ex q̄ reprobat' quo/
rundā iperitoꝝ preſbiteroꝝ ſiue aliorum quorūcun
qꝫ ſtulta dogmatiſatio uolētiū fideles iducere ut hec
aut illa credāt·⁊ tūc neceſſario ipis ad uotū ita ſucce/
det ut credūt aliter nō·Nimis em̄ extendūt illud di/
ctū ſaluatoris Oia poſſibilia ſunt credēti fiat tibi ſm̄
fidē tuā cū ſimilibꝰ· Talia em̄ nō referēda indifferen
ter ad oia q̄ hō cupit·ſʒ ad illa q̄ ſpectāt ad ſaluteʒ
aie·Aliter em̄ ē dicere iuriā ipi ſaluatori q̄ſi occaſio
nē dediſſʒ p hmōi uerba alicui ꝯtra ſalutē aie ſue·ti
mēdū ſiquidē ē ꝙ p hec uerba male itellecta plr̄es ſint
ſupſtitiōes introducte ⁊ q̄ſi diuine autētica eēnt· De
bet ergo ſic populus informari·ꝙ firmiter in deū cre/

dant· ⁊ in omnibus periculis ⁊ neceſſitatibus ↄfiden
ter ſub alis protectionis ſue cõfugiant· tūc tali prõp
titudiē animi ac fiducia ꝙ oīa patiēter ⁊ gratāter (ſi
cut btūs Job) de mãu dñi uelit recipere· ſiue ꝓſpera ſi
ue aduerſa· neqꝫ aliter ꝺ ipō optio creatore ſentire qꝫ
de piiſſimo patre· q aliqñ cõſolat᷑ filios aliqñ caſti/
gat ꝓut ſibi placet ⁊ ipis filiis ꝓdeſſe nouit· Qui ſic
credit ⁊ ſic cū deo ābulat· illi oīa ſunt poſſibilia non
quiꝺē ut ipe mirabilia faciat· ſed ut ea a deo īpetret
merito fidei ſue· Sunt ꝑterea quidā hoīes modice in/
telligentie ultra alios forte qui audacter dicūt· Nos
pro certo ſcimus ꝙ quicquid fit p pater nr̄· ⁊ aue ma
ria· ⁊ euāgelia· ⁊ creꝺo pſal· ⁊ alia ſcā uerba hoc ē lici
tum· Et qꝛ duri ſunt a dyabolo poſſident᷑ ad ipſiuſ
uoluntatē· Qꝫ ſit hoc friuolū p eoꝝ rñſionē ſtatī pa/
tebit ſi ab eis querat᷑· an poſſit abuſꝰ fieri ſacroꝝ uer
boꝝ· Puto em̄ ꝙ reſpondebūt ꝙ ſic· ſi aliquo mō me
mores ſint ꝙ dyabolꝰ xp̄m tēptauit p ſacra uerba·
Similiter ⁊ heretici ſine intermiſſione ſacra ſcriptura
abutunt᷑· Et in pſal· dicit᷑· Pc̄tori āt dixit deꝰ quare
tu enarras iuſticias meas ⁊c̄· Dicāt mō ſi audeāt quic
quid fit p ſacra uerba licitū ē· Certe nō audebūt ſi ali
quē ſenſuꝫ hn̄t· Sꝫ tn̄ ueraciter loquēdo nihil hoꝝ p
ſacra uerba fit que ipi putāt taliter fieri ſicut iā dictū
ē· Neqꝫ ad hoc ſunt inſtituta diuinitꝰ· ⁊ iō poſſibile
eſt ꝙ ꝑter dei ordinationē tales effectus habeāt· ſed
ut dyabolꝰ ſimplices ꝺecipiat ſacra uerba ſuis trufiſ
applicat· Fuit ante paucos annos famoſa quedaꝫ ue
tula totaliter auguriis occupata· que hoc modo cu/
iuſdā pricipis pedē recēter gladio perforatū ſanauit·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dam ſtatim ut vulnꝰ uidit inclinauit ſe· ⁊ hec uerba
protulit· In nomine patris ⁊ filii ⁊ ſpūs ſancti amē.
Steticꝫ ſanguis ⁊ illico vulnus curatū ē· At ille letus
exclamās dixit· Si aliud nihil uellet dicere ſp deberet
me curare· Poſtea idē caſꝰ colonie examinatus fuit ⁊
ſuperſticioſus iudicatꝰ eo ꝙ nulla ibi ſigna alicuius
miraculi fuerunt· niſi tantūmō abuſꝰ ſacroꝝ uerborū·
Pari mō faciūt nōnulle auguritrices ⁊ etiā quidā vi
ri effeminati ꝓnūciantes ſacra uerba ſuꝑ febricitātes
uel aliter infirmos· ſimiliter ⁊ ſuꝑ beſtias pro ip̄oruꝫ
ꝯualeſcentia· Item contra uermes qui fruges in agris
aut olera in ortis aut fructus in arboribꝰ corrodunt
Item ꝯtra lupos benedicūt uaccas ⁊ oues equos ⁊ a
ſinos vniuerſa pecora cāpi· quaſi ſecuriꝰ ſit ea demo/
nibus tradere q̄ꝫ paſtoribꝰ ꝯmendare· aut meliꝰ aīaꝫ
dānare q̄ꝫ beſtiā amittere· Et eſt infinita ſtulticia aīa
rum errantiū in hiis ⁊ aliis que numerare aut tedio/
ſum eſt aut uix poſſibile· Veꝝ latet hic laqueꝰ īimici
ualde occultꝰ vicꝫ ꝙ iſta iō ſint tollerabilia· qꝛ ad v
tilem finē tendūt· Sed teſte Samuele magis vult deꝰ
ut obediat' uoci ſue q̄ꝫ oblatiōes arietū ⁊ hyrcoꝝ pī
guiū· Hoc ē dicere ꝙ deꝰ uolūtarie permittit aut pre
cipit qn̄qꝫ aliqua q̄ ꝫm uſuꝫ ſunt dānoſa ut appareat
obediētia ſiue inobediētia hoīm· Et qꝛ oīa largit' et
potēs ē multo maiora retribuere· iō iuſtū ē ut hō per
oīa ſe illi ſubiciat tā quo ad corpꝰ q̄ꝫ ad aīam q̄ꝫ eti
am ad exteriorē ſubſtantiā· Hinc ē ꝙ Aug· dicit non
nullos eē martires ī ꝓpriis litteris ſuis· q potiꝰ uo
lūt egrotare ⁊ mori q̄ꝫ deū offēder' admittēdo ſortile
gos ꝓ cura ſua· Ita ⁊ de aliis ſimiliter ē dicendū ſuo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

modo· Qui potius parati ſunt dāna ⁊ penuriā ꝑpe-
ti q̄ꝫ ɔtra mandata dei facere· Proīde ſunt ⁊ alie plu
res ſuperſtitiones maligne quaꝝ effectus tendunt ad
malum finem etiam ſub capitalibꝰ penis in lege ꝓhi
bitū ſcꝫ ad furta·homicidia·deſtructionē bladorum
uineaꝝ ⁊ huiuſmodi· Sed iſta communiter non diu
manēt ſine iuſta uindicta· Ubi tn̄ ē diligentiſſime ad
uertendum·ꝙ antiquus hoſtis aliquādo in vno tali
ope duas aīas lucrat᷑·vnā vicꝫ per hoc ꝙ ei ſuadꝫ al
teri nocumentum inferri·aliaꝫ per hoc ꝙ ſuadet ei ſu
perſticioſum remedium apponere· Sic aliquādo ɔtin
git ruſticis ꝙ quādo percipiunt ſibi lac auferri ꝑ ma
leficia ꝙ tunc ponunt ad loca quedam particulas q̄ſ
dam herbaꝝ uel alio mō conant᷑ īpedire ꝑdictū effe
ctum per uerba ignota aut maledictiōes ⁊c̄·ſꝫ vnum
ē ita ſupſticioſum ſicut reliquū Si āt uellēt efficaciter
talibꝰ trufis liberari deberēt hūano ⁊ eccleſiaſtico mo
re procedere· Primo vicꝫ diligēter inquirēdo a uicis
an eēt aliquis ſuſpectꝰ de tali nequitia ⁊c̄· Deinde ſi
magnitudo periculi id expoſcit debent facere ſicut cō
ſuetum ē in eccleſia dei que ordinat ɔtra talia malefi
cia preces ieiunia miſſas implorationes ſanctoꝝ ele-
moſinas ac alia pia opera diuine ire placantia· Qui
autem male credulus per maleficium vult liberare ſe
non eſt dignus ut a domino deo ⁊ ſanctis āgelis ad
iuuetur· Et ergo non eſt mirum ꝙ a ſpiritibus neqꝫ
grauiter affligatur· Et hec ſunt ſimplicibus ualde pē
ſanda· Rurſus eſt adhuc alia ſupſtitio de obſeruātia
dierum·vicꝫ ꝙ ſint aliqui dies infauſti neqꝫ tunc ali-
quod opus inchoari debeat·aut ueſtis noua indui

aut iter arripi ꝛc̃· que oĩa ſunt friuola· ⁊ a vanis aſtro
logis ⁊ paganis ↄtra dei ordinationem introducta·
Aduertant fideles diligenter ꝙ omnes dies deus cre/
auit ⁊ ſunt ualde boni· ⁊ ꝙ omnium bonorum operũ
deus eſt director ⁊ ſancti angeli cooperatores· ergo
utiq₃ non eſt timoratis hominib⁹ de hac ſtulticia me
tuendum· Similiter de aliis ſine numero· de occurſu
leporum uel cattorum· uolatu auium aut garritu· De
caſuali aliquo euentu uel opere· puta ſi calciũ ſiniſtrũ
aut cyrotecam primum induat· uel uerbũ aliquod au
diat quod fortunam bonam uel omen ſignificet· cum
ſimilibus peſtiferis imaginatiõibus eſt firmiter tenẽ
dum ſecundum rectam rationem ⁊ catholicam fidem
ꝙ in ueritate nihil habent penitus efficacie ſ₃ ſunt de
liramenta infeliciũ hoĩm q̲ ſepe deo ꝑmittẽte ꝓpter
ſuã malã crudelitatẽ merent̃ affligi ⁊ terreri a quoli/
bet folio uolante· Q ſi hõ memor eẽt ſue digniſſime
ↄditiõis ⁊ cogitaret ſe ad imaginem dei factũ ⁊ quo/
tidie ſanctiſſimis angelis uallatum· tũc erubeſceret po
tius ꝙ̃ metueret ab huiuſmodi ſtulticiis uaniſſimis·
Eſt etiam hic ſubiungendũ ꝙ bonis hominib⁹ ⁊ for
tibus ⁊ doctis in fide contingunt aliquãdo huiuſmo
di diffortunia cũ ꝑ̃ſtigiis ꝑ̃fatis diuina ordinatiõe
ut eorum fides nota fiat aliis ⁊ ſit exemplum toti ec
cleſie· Et cũ tot⁹ popul⁹ uidet ꝙ nõ curãt talia fig/
menta· neq₃ obſeruant ſe ab eis tũc edificat̃ ad fidem·
Scio quendam preſbiterum timorate ⁊ bone uite quĩ
cũ audiſſ₃ ꝙ ſignũ ĩfauſtũ eẽt ſi calciũ ſiniſtꝝ de mãe
primũ ĩdueret· ⁊ de hoc tẽptatio moleſta eẽt ut vic₃
hoc caueret ipe ecõtra directe ſp ſiniſtrũ calciu₃ prio

induit ⁊ ſic fantaſia ceſſauit· Et hoc ē bonuꝫ remediū in ſimilibus· De illa etiam ſuperſtitione que cōiter fit a quibuſdam mulierculis infatuatis ⁊ duris in ꝯcep/tibus ſuis vicꝫ in abſtinendo a quibuſdam laboribꝰ ⁊ cibis contra cōmunem xp̄iani populi ꝯſuetudinem puta que non uolunt nere feriis quintis poſt ueſpe/ras· eo ꝙ tunc ſaluator inchoauit paſſionem ſuam et ad crucem iuit· aut in die paſce nolunt carnibus ueſci quaſi hoc deo ſit gratius eo ꝙ tunc communiter po/pulus fere ad eſum carnium aut certis diebus ceſſare uolunt ab operibꝰ qui non ſunt feſtiui ⁊ ſimilibus a/liis ſingularitatibus· ab omnibus talibus ſuperfluis fantaſiis dn̄t uenerabiles matrōe abſtinere ⁊ hūiliter ſepoſita ōni ſingularitate ꝯformare ſe ritui cōi ſcē ma tris eccleſie ⁊ laudabili ꝯſuetudini illoꝝ quibꝰ conui uunt· Si āt alique ex indocta ⁊ ſimplici deuotiōe ali quid de hmōi uouerūt dn̄t hoc hūiliter ꝯfiteri ⁊ ab/ſolutionem petere cum promptitudine tali ꝙ velīt li benter obedire ſuis ſuperioribꝰ pro ꝯmutatione ī me lius· Dicit enim ſacra ſcriptura ꝙ diſplicet deo infide lis ⁊ ſtulta promiſſio· Ad iſtud poteſt referri ꝙ incau tum ē· ꝙ quedam mulieres inducūt uiros ſuos ut uo ueant abſtinentiaꝫ coitus certis diebus· ut tali pacto mitiꝰ habeāt in puerperio· Scio qđ loquor q̄lia peri cula inde uenerunt· Meliꝰ ē ergo ut dimittāt ſacramē tum in ſua libertate· neqꝫ inuicē ſe defraudent· niſi for te ad tempus ex conſenſu· ut vacent orationi abſqꝫ ō ni uoto preuio maxime perpetuo· Sint proīde bone femine memores quotidiane miſerie quā ab Eua ſuſ ceperunt pro eo ꝙ uoluit nimis ſapiens eſſe ⁊ diligē

ter caueant ne uelint imitari ſingularitatē capitis ſui Non ponant os in celuȝ quaſi ſufficientes ſint ſibiip ſis leges dare. ſed magis in ſubiectione ⁊ ſilentio diſ cant ſm Apoſtoli monita. ⁊ tunc bene ſecure erūt. De ulteriori proceſſu huiꝰ materie breuitatis gratia ſup ſedeo. ſimul ſperans ꝙ hec hominibus bone uolunta tis ſufficiāt. ſi hec duo que ſupradicta ſunt diligēter aduertant. videlicet ꝙ quicquid in mundo fit per ra tionem naturalem aut per diuinū miraculū non ē ſup ſtitioſum. Quicquid aliter fit quātūcunqȝ ſanctuȝ ap pareat ſuſpectum debȝ iudicari. Eſt etiā bona caute la ſi qñ hmōi augures ſe offerāt ad docendū uel faci endum mirabilia. ꝙ ſtatim querat̄ ab eis. an ſint pa rati uenire in publicū ⁊ corā dictis uiris ſuā ſcientiaȝ uel artem proponere ut examinēt̄ ne forte ipſi errent ⁊ per ↄſequens alios errare faciant. Ita fit in aliis ar tibꝰ etiā mechanicis. Quod ſi noluerit tūc reſponde ri debet eis illud ſaluatoris. Omnis qui male agit o dit lucem ne manifeſtent̄ opa eiꝰ. Si āt parati ſunt ſe offerre ad examen expertorum ſtatim diiudicabunt̄ Demū ſubiungendū eēt etiā de aliis p̄ceptis dei. d ho noratione parentum. de obſeruatione ſabbati cum re liquis ſed non eſt neceſſe quia in ſermonibus eccleſia ſticis quotidie materia frequētatur. Admonēdi ſunt ergo quicunqȝ fideles laici ut in recta fide ambulent. ⁊ in uia mandatorum dei ſe exerceant. ab omni quo qȝ ſpecie impie ſuperſtitionis ſe abſtineant. ſemper e tiam quod incertum eſt ac dubioſuȝ declinent. qđ āt ſecurū eſt teneant. quatenus tandem pꝰ hāc erūnoſaȝ uitam in gloriā eternam intrare mereant̄. per gratiam

dñi noſtri Jhū xp̄i qui eſt uia ueritatis ⁊ uita regnā
tis cum patre ⁊ ſpū ſancto per ſecula ſeculoꝝ Amen.

Sextodecimo dꝫ quilibet fidelis ⁊ timoratꝰ xp̄i
anꝰ cuiuſcunqꝫ profeſſionis fuerit uel officii cre
bro de morte cogitare ⁊ breuitate huiꝰ uite. ac bonis
⁊ ſimplicibꝰ uerbis inuocare dominum deum. quate/
nus poſt preſentis uite labores ad eternā requiem ip
ſum perducat. Hec eſt doctrina Sapientis. Eccle. xi.
Si annis multis uixerit hō ⁊ in hiis oībꝰ felix fuerit
meminiſſe debet tenebroſi temporis ⁊ dierum multo/
rum qui cū uenerint uanitates arguent̄ p̄terite. q̄ꝫ āt
ſit utilis iſta precogitatio oſtendit̄ Eccle. vii. ubi ſic
dicit̄. Memorare nouiſſima tua ⁊ in eternuꝫ nō pecca
bis. Tria enim ſunt que principaliter hominem a deo
ſeparant. ſ. ſuperbia. luxuria. ⁊ auaricia. Sed ſi cordi
aliter homo attendit mortem mox futuram tūc facili
ter ſe ab hiis continere pōt. Nam de ſuperbia ſic di/
cit Seneca. Quid clienti tuo iraſceris. ſuſtine paululū
ecce uenit mors que vos pares efficit. De luxuria di/
cit Aug. Nihil ſic reuocat a pc̄tō q̄ꝫ frequens mortis
meditatio. Et Ambro. Nudi oēs naſcimur. nudi mo/
rimur. nulla eſt diſtinctio inter cadauera mortua. niſi
forte qꝛ grauiꝰ fetēt diuitū corpora luxuria diſtenta
De auaricia Jheroni. Facile ɔtemnit oīa qui ſe cogi
tat moriturum. propter has tam magnas utilitates
mos inoleuit apud ſummos prelatos ut dum ſupra
alios promoti fuerint ſtatim per aliquod ſignū mēo
ria mortis ipſis imprimat̄. Nā coraꝫ dño papa incē
dit̄ ſtuppa lini cū hiis uerbis. Sic trāſit gloria mun.